

N. 2.

A. D. 957.

(maggio, Indiz. I).

<i>Data di luogo</i>	Bari.
<i>Rogatario</i>	Madelfrid subdiac. et not.
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang.: alt. 0,26, largh. 0,20. La carta è sciupata da piedi e l'inchiostro molto sbiadito nelle sottoscrizioni.
<i>Scrittura</i>	Corsiva con solo qualche elemento di longobarda.
<i>Contenuto</i>	Muscarì Zancario, f. Petri dal soprannome Furnecaca, di Bari, ottiene il permesso di poter edificare una casa presso il muro del chierico Leone, f. Petri, di Bari.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

+ In nomine domini dei eterni et salvatoris nostri iesu christi quadragesimo quinto anno imperii domini Constantini et tertiodecimo anno imperii domini Romano f. eius sanctissimis imperatoribus nostris mense magio prima indictione. Memoratorium factum a me Muscarì Zancario f. qd. Petri qui supernomen furnecaca vocavatur de civitate [V]ari. eo quod ante presentia Maioni imperiali spathario kandidato et prosopo Vari. vel de alios subscriptos noviliores homines. bona quidem sua voluntate guadiam (1) mihi dedit Leo clericus f. qd. Petri de iamdicta civitate V[ar]i. et mediatorem (2) [mi]hi posuit Nikiforo protocancellario f. qd. Johanni de predicta civitate Vari. tinore quidem. ut si qualiscumque (2) tempore voluero ego qs. Muscarì aut meos heredes lavorare ipsa casa mea de intus civitate Vari que est erga casa ipsius Leoni clericu. potestatem haverem ego et meos heredes lavorare quomodo voluerimus erga ipso pariete eius et recumbere in eo absque aliqua ruptura aut apertura de ipso [pa]riete eius sine contrarietate eius et de eius heredes. sic tamen ut non haveamus potestatem super ipsa gutta eius in altum lavorare. set sic lavoremus ut ipsa gutta eius semper cecidat super ipsa casa mea. et si ipse qs. Leo clericus et eius heredes mihi qs. Muscarì vel ad meis heredibus ipso pariete ad recumbendum dare noluerint quomodo superius legitur. et hec omnia que superius diximus taliter [nobis] adimplere noluerint. aut si erga ipso pariete suo nos lavorare non dimiserit [sed in nos?] contrare voluerint. et de hec omnia in aliqua causatione vel contentione nos exinde mittere voluerint. per quibuscumque modis vel ingeniis. quinquaginta constantini solidi pena nobis componere se suisque heredibus obligavit. et in antea per invitum ut superius legitur taliter nobis percomplerent. eo quod ipse mediator noster tribuit nobis licentiam se pignerandum per bobis et alia sua legitima pignera et pro recordandum hunc brebe scripsi ego Madelfrid subdiaconus et notarius in civitate Vari et interfui.

† Ego qs. Maio imperiali spathario kandidato et prosopo Bari.

(1) Generalmente questa parola trovasi abbreviata *quand.*: noi preferiamo la trascrizione *guadiam* a *guadium*, perchè la prima forma ricorre nelle carte talora per intera (anche nel pl. *guadias*), la seconda invece rariissimamente.

(2) In rasura.

CÓDICE DIPLOMÁTICO BARESE

- † Ego Fridelchis imperiali spathario kandidato.
- † spathario kandidato.
- † teste sum.
- † Ego [Ma]gelgardu teste sum.